XII. Wenceslaus sanctus, fraterna fraude martyrizatus 4 Kal. Octobris (431).

XIII. Boleslaus ferus, fratricida.

XIV. Boleslaus pius, creator episcopatus Pragensis (432).

XV. Boleslaus mitis.

XVI. Wladiwoy.

XVII. Jaromir (433).

XVIII. Odalricus.

XIX. Brzieczislaus.

XX. Spitigneus, fundator ecclesiæ Pragensis.

XXI. Wratislaus dux et primus rex Bohemiæ.

XXII. Conradus dux.

XXIII. Brzieczislaus dux.

XXIV. Borziwoy dux.

XXV. Swatoplik dux.

XXVI. Wladislaus dux.

XXVII. Sobieslaus dux.

XXVIII. Vadislaus dux et secundus rex Bohemiæ, fundator Strahoviensis ecclesiæ.

XXIX. Fridricus dux.

XXX. Sobieslaus dux.

XXXI. Conradus dux.

XXXII. Henricus dux et episcopus.

XXXIII. Wladislaus dux.

XXXIV. Prziemysl dux et tertius rex Bohemiæ qui et Otakarus dictus est.

XXXV. Wenceslaus rex.

XXXVI. Prziemysl rex.

XXXVII. Wenceslaus rex [286].

Et quia numerum ducum ac regum et ordinem breviter hoc loco descripsimus, dignum duximus, ut numerum annorum et distantiam temporum inter ipsos describamus. A primo igitur duce christianorum Borziwoy usque ad Wratislaum, primum in regem Bohemiæ, leguntur successive fuisse 12 duces, infra quod tempus computantur lustra 40. A Wratislao primo rege usque ad Vadislaum secundum regem fuerunt duces sex, infra quorum tempora subputavi. . . . . . [287].

Cronica finitur, qui mortuus est sepelitur.

VARIÆ LECTIONES.

[286] *ex margine vetustioris codicis textui inserta sunt sequentia :* Anno Domini 1520, obiit Wilhelmus Lepus, fidelissimus regum Bohemorum et gentis tutor Bohemicæ. [287] *Ultima verba desunt.*

NOTÆ.

(431) Cosm. I, 17.
(432) Cfr. Cosm. I, 21.
(433) Hi duces apud Cosmam desiderantur.

CIRCA ANNUM MCXXV

ALBERICUS AQUENSIS

NOTITIA

(Fabric. *Biblioth. med. et in*,. *Lat.*, tom. I).

Albertus, sive Albericus, Aquensis in Gallia Ecclesiæ custos, scripsit, ex fide eorum qui præsentes interfuere (1), Historiam accuratam Hierosolymitanæ expeditionis, sive *De passagio Godefredi de Bullione et aliorum principum* usque ad annum secundum Balduini II, sive ab anno C. 1095 ad 1121 libris XII, qui, sine nomine auctoris primum editi, cum chronologia Henrici Meibomii a Reinero Reineccio, Helmstadii 1584, 4, sub titulo : *Chronici Hierosolymitani de bello sacro*. Deinde auctori suo restituti, in Jacobi Bongarsii *Gestis Dei per Francos*, tom. I, p. 184-318, Hanov. 1611, fol. Nomen auctoris primus prodidit David Hœschelius præfat. ad Annæ Comnenæ Alexiadem scripta an. 1610.

(1) Vide libri I cap. 1, 24, 25; libri II cap. 33; libri III cap. 2, 65; libri IV cap. 53, 55; libri VI cap. 24, 50; et libri VIII cap. 21.